**The Digital *Liber exceptionum* Project (https://exceptiones-project.wlu.ca)**

Augustinus de beata uita (fol.1va)

1. Nequiciam matrem omnium uiciorum ex eo quod nec quicquam sit. id est ex eo quod nichil sit. ueteres dictam esse uoluerunt.

   Etenim ipsam nequitiam matrem omnium uitiorum ex eo, quod nec quicquam sit, id est ex eo, quod nihil sit, ueteres dictam esse uoluerunt.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 2 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.70, ll.58-60).

2. Deum qui habet. beatus est.

   Deum igitur, inquam, qui habet, beatus est.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 2 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.72, l.149).

3. Deum habet. qui bene uiuit.

   Hic Licentius: Deum habet, qui bene uiuit.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 2 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.72, ll.153-154).

4. Deum habet. qui facit que deus uult fieri.

   Trygetius: Deum habet, inquit, qui facit quae deus uult fieri.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 2 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.72, ll.154-155).

5. Habet deum. qui spiritum inmundum non habet.

   Puer autem ille minimus omnium: Is habet deum, ait, qui spiritum inmundum non habet.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 2 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.72, ll.156-157).

6. Hic michi uidetur spiritum inmundum non habere. qui caste uiuit.

   Is mihi uidetur, inquit, spiritum inmundum non habere, qui caste uiuit.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 3 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.75, ll.40-41).

7. Ille est uere castus. qui deum attendit. et ad ipsum solum se tenet.

   Ille est uere castus, qui deum adtendit et ad ipsum solum se tenet.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 3 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.75, ll.45-46).

8. Nichil est aliud sapiencia. quam modus animi.

   Si autem quaeritis, quid sit sapientia, iam et ipsam ratio, quantum in praesentia potuit, euoluit atque eruit; nihil est enim aliud quam modus animi, hoc est quo sese animus librat, ut neque excurrat in nimium neque infra quam plenum est coartetur.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 4 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.83, ll.233-237).

9. Quisquis ad summum modum per ueritatem uenerit. beatus est.

   Quisquis igitur ad summum modum per ueritatem uenerit, beatus est.

   Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 4 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.84, ll.264-265).

10. Illa est plena sacietas animorum. hec est beata uita. pie perfecteque cognoscere a quo inducaris in ueritatem qua ueritate perfruaris per quid connectaris summo modo.

    Illa est igitur plena satietas animorum, hoc est beata uita, pie perfecteque cognoscere, a quo inducaris in ueritatem, qua ueritate perfruaris, per quid conectaris summo modo.

    Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 4 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.84, ll.281-283).

11. Nullus perfectus aliquo eget. sed quod uidetur corpori necessarium sumit si affuerit? si non affuerit. non istarum rerum eum frangit inopia. Omnis namque sapiens fortis est. Nullus autem fortis aliquid metuit. non igitur metuit sapiens aut mortem corporis aut dolores.

    Ipse enim perfectus est; nullus autem perfectus aliquo eget et, quod uidetur corpori necessarium, sumet, si adfuerit, si non adfuerit, non eum istarum rerum franget inopia. Omnis namque sapiens fortis est, nullus autem fortis aliquid metuit: non igitur metuit sapiens aut mortem corporis aut dolores, quibus pellendis uel uitandis uel differendis sunt necessaria illa, quorum ei potest contingere inopia.

    Augustinus Hipponensis, *De beata uita*, 4 (CCSL 29, W.M. Green ed., p.78, ll.37-43).